Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarium missae - Cod. Schwarzach 1

[s.l.], [10./11. Jahrh.]

In sterilitate pluvie

urn:nbn:de:bsz:31-183777

Visual Library

eiuſ aggerem. In uia qua uenit. per eam reuertetur.
& ciuitatē hanc non ingredietur dicit dn̄s. Et protegā
ciuitatē iſtā ut ſaluē eā propter me. & propter dauid
ſeruū meū. dicit dn̄s omp̄s. SEC̄ LUCAM
IN illo tēpore. Dixit ihs̄ diſcipuliſ ſuiſ. Nolite ſol
liciti eſſe animę quid manducetiſ. neq: corpori quid
ueſtiamini. Anima pluſ eſt quā eſca. & corpuſ
pluſ quā ueſtimentū. Conſiderate coruoſ quia
non ſeminant. neq: metunt. quibuſ non eſt cella
riū. & dſ paſcit illoſ. Quanto magiſ uoſ pluriſ
eſtiſ illiſ. Quiſ autē ueſtrū cogitando poteſt ad
icere ad ſtaturā ſuā cubitū unū. Si ergo neq:
quod minimū eſt poteſtiſ. quid de ceteriſ ſolliciti eſ
tiſ. Conſiderate lilia quomodo creſcunt. non
laborant. neque nent. Dico autē uobiſ. nec ſa
lomon in omni gloria ſua ueſtiebat͛ ſicut unū
ex iſtiſ. Si autē fenū quod hodie in agro ē. & craſ
in clibanū mittit͛ dſ ſic ueſtit. quanto magiſ uoſ
puſille fidei. Et uoſ nolite querere quid man
duceatiſ aut quid bibatiſ. & nolite in ſublime
tolli. Haec autē omnia. genteſ mundi querunt.
Pater autē ur ſcit. quoniam hiſ indigetiſ. Uerū tamen que
rite regnū di. & haec omnia adicientur uobiſ.
In ſterilitate pluuię. Lec̄ hieremię pp̄.
Haec dicit dn̄s dſ. Nūquid piciens abiecisti iuda.

an ſion abominata eſt anima tua. Quare ergo
percuſſiſti nos ita ut nulla ſit ſanitas. Expec
tauimus pacē & non eſt bonū. & tēpus curatio
nis. & ecce turbatio. Cognouimus dn̄e impie
tates nr̄as. iniquitatē patrū nr̄orū. quia pec
cauimus tibi. Ne nos des in obprobriū propt̄
nomen tuū. neq; facias nobis contumeliam.
Solii gloriae tuę recordare. ne irritū facias fe
dus tuum nobiſcū. Nūquid ſunt in ſculptili
bus gentiū qui pluant. aut caeli poſſunt dare
imbres. Nonne tu es dn̄s ds̄ nr̄. quē expecta
uimus. Tu enī feciſti omnia haec. dn̄e ds̄ nr̄.

SEQUENT̄ SCI EUG SEC MATH.

In illo tēpr̄. Dixit ih̄c diſcipulis ſuis. Miſereor
turbae. quia triduo iam pſeuerant mecū. &
non habent q̄d manducent. Et dimittere
eos ieiunos nolo. ne deficiant in uia. Et dicunt
ei diſcipuli. Unde ergo nobis in deſerto panes
tantos ut ſaturemus turbā tantā. Et ait il
lis ih̄s. Quot panes habetis. At illi dixe
runt. Septem. Et paucos piſciculos. Et prę
cepit turbę. ut diſcūberent ſup terra. Et acci
piens ih̄s ſeptē panes & piſces. & gratias agens
fregit. & dedit diſcipulis ſuis. Et diſcipuli de
der̄ populo. Et comederunt. & ſaturati ſunt.

Et quod superfuit de fragmentis. tulerunt ſeptem ſportas
plenas. Erant autem qui manducauerunt quattuor
milia hominum. extra paruulos et mulieres. Et
dimiſſa turba aſcendit in nauiculam. et diſcipuli
eius cum eo. ITEM PRO UBERTATE
PLUUIAE. SECUNDUM LUCAM.
IN ILLO TEMPORE. Factum eſt in una die-
rum. et ihs aſcendit in nauiculam. et diſcipuli
eius. Et ait ad illos. Tranſfretemus trans ſtag-
num. Et aſcenderunt. Nauigantibus autem
illis obdormiuit. Et deſcendit procella uenti
in ſtagnum. et complebantur fluctibus. et pericli-
tabantur. Accedentes autem. ſuſcitauerunt eum
dicentes. Praeceptor perimus. At ille ſurgens
increpauit uentum et tempeſtatem aquae. et ceſſa-
uit. et facta eſt tranquillitas. Dixit autem illis.
Ubi eſt fides ueſtra. Qui timentes mirati ſunt dicen-
tes ad inuicem. Quis putas hic eſt. quia et uen-
tis imperat et mari. et obediunt ei.
IN DEDICATIONE. ECCLESIAE
Lectio libri apocalipsis iohannis apostoli
In diebus illis. Uidi ciuitatem ſanctam hieruſalem
nouam deſcendentem de caelo. a deo paratam. ſicut
ſponſam ornatam uiro ſuo. Et audiui uocem mag-
nam de throno dicentem. Ecce tabernaculum dei